



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Alia, pro obtinenda patientia in morbo. iij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

qui exterius flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam: ita ut laus tua non recedat de ore meo. Misere mei Domine, misere mei: & adiuua me, sicut tu nosti, quod mihi necesse est, in corpore & in anima. Scis omnia, potes omnia: qui vivis in secula. Amen.

Alia, pro obtinenda Patientia, in Morbo, seu alia Afflictione

Clementissime Redemptor, qui semper es misericors, semper es servator. siue tristitia nobis immittis, siue letitia. Magna enim misericordia est, dum per externas afflictiones, perque temporarias molestias preparas nos ad sempiterna gaudia: quandoquidem hanc ad veram felicitatem viam ipse nobis tuis praeignasti vestigiis, da ut hunc calicem velut abs te porrectum patienter & obedienter ebibam. Si visum est addere doloribus: adde & Patientia donum. Tibi subiecta est anima mea, quoniam abs te patientia mea: quia tu Deus meus, servator meus & adiutor meus: Deus auxilij mei, & spes mea in te est. Tibi gloria in secula. Amen.

CAPVT

IIII.

Eraf.

1. Pet. 2.

Psal. 61.

Ægrotantis Precatio.

OMnipotens & misericors Deus, qui per aegritudines corporales nos nostra admones mortalitatis, renocans ad penitentiam. Ad te clamo ex toto corde meo: ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Misere mei Domine, quoniam infirmus sum: saluum me fac propter misericordiam tuam. Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac & saluus ero: quoniam laus mea in es. Tu vulneras & mederis: percussis & manus tue sanant. Tu occidis & vivificas: deducis ad inferos & reducis. Proinde si haec infirmitas non est ad mortem: fer opem

CAP. V.

Psal. 6.

Ierem. 17.

Iob 5.

Tob. 13.

b 3

fer opem